

VDALRICI ZASII
IVRECONSULTI FIBVRGEN IN
VSUS FEVDORVM EPITOME, ORDINE ET
VTILITATE COMMENDABILIS.

*Eiusdem orationes aliquot disertæ, tum in laudem
legum, tum funebres.*

IN NOBILIS ET SINGULARES D. VDALRICI ZASII FEVDORVM
commentarios, Volphangi Hungeri Bauari elegiacum ad Lectorem.

Si latet, an scribas dister quibus umbris verbis,
Quidur rudi interficit dictio egesta styllo,
Huc ades, hic penitus discrimina uera videbis.
Si dubitas, oculis, non mihi, crede mis.
Hac tenuis hec turris confusa sine ordine moles
Part, & regens lucis turbida massa fuit,
Multi illam Latij, multi secessere Galli
Conati, grandis composuerit libros.
Nemo tamquam sibi possit lustrare tenebras,
Aut liquida pulsus turbibus ire via.
Adde quod hi quanto scribebant plura, solebat
Res longa peius semper habere die.
Damna pio tandem repetens hec peccore magnis,

Rebus opem magna ZASIVS artis talis.
Cui licet à nido semper uel proficiat ore,
Dulcis & Hybleas copia nuncat aper,
Aet hic precipue multus quasi grandior annis
Suave nimis cygnus fundit in astra melos.
Hinc tibi iam uenient tace mundo splendida calme,
Ante uel solo barbaro Feuda som.
Ergo homines frustra sensis contendunt bulbos,
Contrè facundos omnia posse viros.
At tu perge huius ZASI ter maxime myslis
Incolam uolgo gen scribere multa pede.
Dent tibi fata Dei precor hie, que uite metris
O pater, v patrie gloria rauiae.



BASILEAE
APVD MICHAELEM ISING.
M. D. XXXVIII.



IN SIGNI ET CLARISS. IURIS CONSULTO

Bonifacius Amerbachius, Nicolaus Freigius

V. I. Doctor, S.



VO plus Zafij praeceptoris nostri, Bonifaci clarissime, in pacta feudalia lucubrations utilissimas mecum & repeto & reueluo. (Nam iterum eas decripsi, rectioq[ue] nunc Indicem colligendo reniso) eo magis censuræ tute calculum nostrum adiicio. Cum erenim quinto Calend. Ianuarij proximas Basileam eisdem ad te pertulisse, domilp[er]tus super imprimendis illis colloqueremur, multa tu quidem insignia de Zafio predicasti, quem & inter primarios præceptores cōnumerari posse putabas. Quod tuum iudicium tantum abest ut non uerissimum esse credam (nulla enim in te fuci suspicio cadit) quod etiam unicē mihi de hoc blandiar, cui scilicet non tam doctrinis eius adolescentere, quam & in quotidianam & uelut domesticam sui familiaritatē recipi contigit. Est certe is uir & ingenij uigore, & memorie dono, cum paucis præstant, nariūq[ue] rerū cognitione uehementer lepiusq[ue] (quod scis) laudatus: id qd cum alibi, tam hisce in Feudalia placita cōmentarialis facilime cōsiderit: in quo præter cetera, hoc in primis est cōmendabile, quod ea quæ ab alijs confit & inordinate traditā sunt, & inexplicabili quoddam Labyrinto inuoluta, solus hic noster sic ordine, & quidem optimo, cogit, ut hoc bene perspecto imbibitoq[ue] libello, disperet nisi quis gradum sibi ad Feudalia scita faciliorem præparet. Porro & hoc admirari quis meritū poterit, quod licet breuius sit libellus, ita tamen conuincatur, ut omnibus sibi numeris & constare & ab solitus esse uideatur. Sed cum uino alio qui uendibili, hæderæ suspensa non sit opus, atque per se breuitas ipsa, dummodo tamen non obcurior, grata sit, & uarietatis ordinisq[ue] in cundiras, ipse se commenderet, ego quidem receptus cano. Licet tamen non impertinenter (mea sententia) huic dictorseris, quod Philippus quondam noster Engentinus de Persio dixerat:

Ut modice superant ingentia pondera gemmæ,

Sic habet hic laudem sub breuitate suam.

Argu hoc illud est, quod ante complures annos Erasmus noster Roterodamus, præceptor enostrum Zafium, ut expolitis mas suas lucubrations in lucem aliquando exire sineret, colhortabatur quod & ego ipse non modica importunitate (quod scribendo testabar) ab eodem sepius efflagitau. Cum igitur tanta eruditio uir Erasmus, Zafianus tantopere adficiat, quid ego mei similes iuris tyrunculanu[m] illud noctu[m] diu[er]e reueluemus, nonne obuijs, & utriusq[ue] (quod dicitur) uulnus excipiemus? Bene uale Amerbachi doctissime, Friburgi Brisgaudie, anno &c. tricessimo quinto.

I D E M F R E I G I V S L E C T O R I.

Si uerum uetus est uerbum, Sciri uirgine leonem,

Corpus si Herculeum plantari ferre potest.

Si licet ex oculis, hominum cognoscere uitam,

Arbor si ex fructu noscitur ipsa suo,

Si tota ex dicto sapientia proditior uno,

Arguit artificem dictio pulchra suum,

ZASIVS hoc toto plus multo ostendere libro

Quam in ingeniū potuit? cum breuitate tamen.

Quoniam alij abducunt, longi[us]q[ue] ambagibus errant

Incerti, hinc currunt, binic male nunc redemus;

ZASIVS illuc te certo ordine, tramite certo

Ducit, opus statue Mercurialis agens.

Sic uite fidelis cris domino, dominis sic fidi,

Feudali hic uite est regula certa tue.

Quant recolant cordi, quibus est ini, pibasq[ue], piumq[ue],

Sanctis quibus curæ, aut foedera nota magis.

Precipit hanc nobis sancti & ueneranda senectus

ZASIVS, illæsa quant cupit esse fide.

NOBILI ET MAGNIFICO VIRO DO-
MINO IOANNI PANNARTER, A PANNARTEN,
domino in Erenbach, cuius Augustensi, Cæsareæ & Regiae
Maiestatis consiliario precipuo &c. VDALI
CVS ZASIVS LL. Doctor & Cor-
dinarius Friburgensis,
S. P. D.



ON DVBITO nobilis & magnifice vir, futuros esse, qui hunc meum in Usus feudales laborem, tanquam superfluum & inanem reprehendat, utpote quod tot clarissimi viri, Doctores nominatissimi, in feudalium consuetudinum libros partim Summis eorum, partim commentarijs scripserint: ut noctuas, quod dicit, Athenas ferre, & ut Terentius dicit, actus agere uideri possum, qui porrò quicquam adiecerim. Sed si, quod vulgo dicitur, cogitent, de rebus bonis nunquam satis dici posse: & scita feddalia, utpote consuetudinibus innixa, sape variari constet: criminari, quod publicam in utilitatem hoc loco laborauit, cessabunt. Hoc denique negari non potest, quin in libros feudales, qui priuatis ab uiris Oberto & Girardo compositi sunt, iustæ ordinationis series desideretur. Sapientius enim eadem res uel intepstue recipitur, uel contrarijs scitis oppugnatur, ut sine diuinatione impertinenti, contrarium à contrario defendi sepe non potuerit; id quod & Iacobus de Beluis, & Balaliciubi causari uidentur. Item & cœtuisti mores, qui aboliti sunt, & ab aula reiecti, sape tam fastidiose inculcantur, ut placitorum feudalium ueritas tenebris confusaneis multum obsecuretur; eo accedente, quod tota illa feudalium utilissima cognitio, commentariorum sylva, uel certe impertinentium traditionum mole sepe aggrauetur. Quod si alios comentarios præteream, in Andrea de Isen, quamvis summus feudista nominetur, & Iacobo Aluarato, id conspicere licebit. Ille enim quamvis ingenij ubertate sit insignis, ordinem tamen, resolutionumque synceram non ubiq; tenuit traditionem. Hic uero ita in singulis uel parum utilibus disquirendis fatigatur, ut etiam quæ leuicula sunt, centies sape repeatat. Si interim taceam, quanta, quamq; intolerabili barbarie, & ipsissimi texus feudales, & commentarii scripta sint sedata. Hic me criminetur quispiam, si manus addidero, si lucem, ordinem, statum, dispositionem adiecero. Eorum itaq; quæ per alios uel malo, uel nullo ordine tradita sunt, securus, utilissimam rerum feudalium doctrinam, sub epione, & ueluti sub compendio, eo ordine, ea claritate, ea ueritatum resolutione, si non eleganti stylo, citra barbariem tamen, elaborauit, ut & breuitas delectationi sit, & resolutionum lumen cuilibet sine magno labore commoda re possit. Hoc laboris quicquid sit, tibi, viro magnifico, nobilis IOANNES A PANNARTEN, potissimum dedicare uoluimus ut innumerabilibus beneficijs tuis milii supra quam prædicare possum impensis, uel aliquo ingenij fructu respondeamus: tum etiam ut in feudis tuis, que & a principiis nobilia habes, & tu alijs tuis subditis & vasallis in Erenbach conferre soles, ex hoc libello, uel Enchiridio quodam, in rebus feudalibus reddaris instructior: non tamen quod monitore ullo egeas, ut qui singulari uirtute & incredibili sapientia sis cum primis conspicuus, & iustitiae cultor famigeratus, uerum hoc tuæ laudatissime familiæ peculiare est, omni uirtute & modestia, integritate & candore, esse illum. Nec enim ignotum est, patrem tuum IOAN. A PANNARTEN seniorem, uirum fuisse laudatissimum, prudentiam, fide, dexteritatem insigne, qui & prudenterissimo Imperatori Federico, & eius filio duuo Maximiliano a consilijs fuit, eisq; sequentem bello & pace preclarâ operâ præstiterat: quæ insignia & in te ita consipi-

Dicitur autem feudum à fide uel fidelitate, secundū Obertum c. i. fn fi. per quos si. inuest. quæ fidelitas est substantiale in feudo, ut postea dicemus. Veruntamen feendum etiam à foedere, allusione uocabuli, dici potest, cum ex certis foederibus in forma fidelitatis ulro & citro conscriptis, constare possit. Quod ad diffinitionem feudi attinet, inter doctores in hoc uariantes, diffinitione Ioannis Rainal. mihi placet, quam civit Petrus Rebiffus uir doctus, in tractatulo suo feudalī, in principio. Estenim feendum, beneuola & libera rei immobilis uel aequipollentis concessio, cum utilis dominij translatione, retenta proprietate, sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum. Debēt enim seruitia esse honesta, ut in ultima parte dicam. Verum dicta diffinitione nō ex logicis regulis, sed legali modo sumpta est. Cum enim omnis diffinitione periculosa sit. I. omnis diffinitione de reg. iur. sufficiat quæcunq; descrip̄io, per quam res cognoscitur, ut Trapezuntius in Rhet. sua uoluit. Quod autē Obertus in c. i. s. beneficium. in tit. quib. cauf. feud. amitt. diffinit beneficium, beneuolam actionem quæ gaudium capienti tribuat, & capiat tribuēdo: nō est feudi diffinitione, sed beneficij, à Seneca tradita; licet eatenus feudo cōueniat, quatenus ex beneficio feuda oriuntur. Nec enim ignotū est, feendum per metonymiam beneficium, & item gratiam uocari, id quod in text. feudalibus frequēter usurpatur, adeo ut Aluar. putet episcopos & prælatos propter eorum beneficia Papae uasallos nominari posse: & Decius consil. lxxvi. consuluerit, legitimum ad omnia beneficia, etiam feendum obtainere posse. Verum id alij eurent, mei propositi nō est per singula uagari. Feendum autem esse cōtractum nominatum, post uarios opinionum fluctus obtinuit. Siquidem per manus traditur, nouos contractus à lege uel consuetudine sub noua forma & nomine specifico introductos, nominatos cēseri. Bar. in l. iurisgentiū. s. quinimo. de pact. Ang. in l. legitima. eod. tit. Bal. in c. quæ in eccles. de cōstit. qui tamen alias uariare uidetur: & pro prædictis Præpo. Alex. late alleg. in c. i. de benef. frat. Quæ tamen assertio non procederet in feudo nō recto uel degenerante: de quo latius ordine suo. An autē sit bona fidei, Præpo. Alex. in c. i. de feudi cogn. subsistit. Cum enim sit beneficiū, uidetur late & ex bona fide interpreari. I. si. de cōstit. prin. Et quia feundū à fide dicitur, quæ in feudis maxime exuberare debet, uidetur dici posse bona fidei. Sed Aluar. contrarium tenet, cum non numeretur in s. actionum. Instit. de act. Sed licet ad hunc s. facile responderi possit, attamen in priuatorum feudis Aluar. opinionem sequor, quæ cōmuniter tenetur: sed in feudis à Romano principe concessis, uerius est ea esse bona fidei, cum omnes cōtractus cum Principe initi, sint bona fidei, ut eleganter Bal. in tit. de pac. Constan. uers. si quis uero, in verb. bona fidei. Hoc quoq; sciendum est, sicut in alijs contractibus aliqua sunt substantialia, ut in con-

Feendum unde di-
luit.

Feendum quid.

Feendum quates
nus beneficium.Feendum contra
cas nominatus
ejus.Feendum an sit cō
tractus bonae
fidei uel stridiū in
uis.Substantialia
contractuum.

